



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 103. De manso et lato tradito in Buria in pago Hessi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno 826 usque 853 imperante Hludouico et  
quidquid habuit. testes arid euo beuo (L) deddo teudold et alii sex.

## §. 100.

Tradidit officium quidquid in cogarden (I) habuit cum hereditate uxoris suae et cuiusdam consanguinei sui in eodem loco. testes eisulf teodulf tiadman bacco thiadgrim.

## §. 101.

Tradidit uuala (M) pro remedio animae filii fratris sui nomine gherfridus X iurnales in ryadra (N) et filiam quae illic coniacet.

## §. 102.

Tradidit asuco pro anima uuende et osburin . . . . . testes arnulf (n) helpric halecmund uualdmund et alii quatuor.

## §. 103.

Tradidit folcmeri in pago *hessi* (O) in uilla nuncupante *buria* (P) mansum unum et hominem latum cum uxore et filiis. testes *hoger comes* (Q) *anulo* (R) ragenhardus alduardus addic et alii nouem.

## §. 104.

Sunt quidam *homines* (S) qui tradiderunt in pago *thuringi*

que controuersia a fluuio, Pather seu Pader appellato, et in vrbe Paderborna surgente, nomen traxit, pagus in antiquis annalibus de Carolo et Hludouici imperatorum rebus gestis celebratissimus. Villa uero *Wamuri* tempore episcopi Paderbornensis Meinweri, id est, seculo XI nominabatur Waweri. Hodie dicitur Weuer. Olim ibi erant quidam nobiles dicti de Weuer; iam uero est sedes perillustrium Baronum de Imbsen, uasallorum Corbeiensium; uilla autem Weuer seu Wamuri ab vrbe Paderborna non longe abest.

De Beuone Warini Ab. Corb. fratre. DeWala. (L) *Beuo* frater abbatis Corbeiensis Warini fuisse uidetur, et forte idem est, qui §. 98. appellatur Bouo.

(I) De uilla *Cogarden* in pago *Wikanauelde* uide supra §. 96.

(M) *Wala* frater abbatis Adalardi Corbeiensis denotatur, qui erat filius Bernharti, fratris Pipini regis Francorum. Si ita est, quaeritur, quomodo amborum, *Wala* scilicet et Adalardi, frater appellatus fuerit? In uicis sane hoc tempore adhuc fuit *Wala*. Et ex donis patet, quaestionem propositam non esse de nihilo. Confer plura infra §. 169 et 231.

(N) *Riadre* uilla in *Registro* nostro A. C. R. *MS. 6to* ponitur in pago *Hergowe*. Denotamus ergo per *Ryadra* uillam uicem *Radern* intra praefecturam Lichtenfels in principatu Waldeccensi obuiam.

(n) An *Arnulf* filius S. Meinulfi, de quo egimus supra §. 48, hoc loco significatur?

(O) De pago *Hessi* uide supra §. 33. not. (V)

(P) De *Buria* uide l. c.

De comite Hogero. (Q) *Hogerus comes* an filius Marwardi et Ricfuit, de quibus uid. §. 106.

(R) *Anulo* eodem §. 106. quoque reperitur inter testes.

De hominibus abbatiae Corbeiensis. (S) De uoce *hominis* confer supra §. 24. not. (T) Ex hoc autem loco uidetur apparere, eadem adpellatione tempore Hludowici pii quoque insignitos esse nobilissimos Saxoniae nostrae, quos hodie appellamus duces, principes, comites et liberos barones.